Illustrissimi et Reverendissimi Proceres
Domini Generosissimi,

Dum commercium ubi fieri non promovere ~~[illegible]~~ possumus
ad minimum conservare studemus, et quod ne
non omnium humanae societati commodum
[illegible] non potuimus non attendere queri
monias illas quas ad Nos detulerant
Cives et ~~incolae~~ super Re publica qui cum
incolis et Civibus Hitlandiae, quae Po
tentissimi Scotiae Regni pars et
provincia est commercantur, quas [illegible]
oraverunt ut Illustrissimis et Reveren
dissimis Generositatibus Vestris deferam
cum in ea sint opinione quod [illegible] ipsis ante et
nostris illis ~~[illegible] Generositatibus Vestris [illegible]~~
~~[illegible]~~ praegravantiis

Nempe retulerunt, ~~[illegible]~~ plurimi
ex Civibus nostris quemadmodum ipsi
a multis retro annis assueti etiam a
~~[illegible]~~ paratoribus et majoribus ~~[illegible]~~ suis
ab ~~immemoriali usque~~ tempore ~~[illegible]~~ [illegible]
Hitlandiae incolis merces illas subvehere
quibus vel sublevandis necessitatibus suis ~~illi~~ carere
non possunt et vel quibus promovendis
commoditatibus suis maxime utuntur
illorumque loco pisces ab illis emere, taliaque esculenta
quodque [illegible] commercium hactenus
~~[illegible]~~ tanta cum libertate
permissa sit ut immunis ab omni
impositione fuerit; quod autem

non ita pridem exactione sed tamen tolerabili onerata sit quod autem dictae illae impositiones in tantum nunc accrescantur molem ut planae fiant intolerabiles et si sine remedio relinquantur illis necessitatem impositurae sint totum istud commercium deserendi: ad quod optime quam non libenter decurrant petierunt à nobis ut ipsis auxilio esse atque Illustrissimis et Reverendissimis Generositatibus Vestris dictae impositionis acerbitatem explicare dignaremur, maxime cum sibi persuasum habeant plurimam partem horum onerum mortis et mensis Vobis illis imponi; neque nobis exempla deessent quibus gravitatem oneris exprimere possemus sit è pluribus casibus pauciores solummodo attingamus, quod quamvis sal vendibile in Hollandiam non inferant sed tantum illud quo condiendis piscibus ibidem captis utuntur, smoulda tamen tonnae huius salis quae exigua quantitas est, impositione Thaleri Joachimici oneretur. quodque cerevisia, quae ut et sublevaminis farina, quae non nisi ipsorum necessitatibus inservit et ab illis quotidie consumitur exactionis oneri et quidem maximo subjiciatur cum tamen in longe mitiori forma aliis provinciis illa quae quotidianae sublevandae inhabitantium necessitatibus ab omni onere immunia sint; reliquae quoque merces quibus commercium exercent quas vendunt ulterius majori exportatione ultra modum gravatae sint.

et ad illum ... mercibus allata ... asportata ex ... atque

et asportantur

Cum vero confidamus Illustrissimis et Reverendissimis Generositatibus Vestris non minus ac nobis cordi esse, quo utrinque ~~[illegible]~~ partis Civibus atque incolis proficuum istud ~~commercium a multis saeculis continuatum~~ ab immemoriali usque tempore et aliquot retro saeculis continuo exercitio cultum commercium etiam deinceps conservetur ~~[illegible]~~ dictas querimonias nostrorum Civium ~~[illegible]~~ hac intercessione nostra proponere et orare e re communi ~~[illegible]~~ esse putavimus, ut istae impositiones quas bonum publicum exigit aequitate mediocritate temperentur, reliquae autem quae ~~incommoda opificum nostrorum~~ quibus opifices suum commodum incommodo promovere student ~~rescindantur et~~ abrogentur; quas aequissimas petitiones nostras quin ~~[illegible]~~ illud ~~[illegible]~~ auxilium secuturum sit quod dicti Cives nostri ~~[illegible]~~ sibi promittunt nulli dubitamus.

Illustrissimas et Reverendissimas G. V. divinae protectioni sincere commendantes. Dabantur sub ~~[illegible]~~ sigillo nostro Majori A. 1672 die primo novembris Calendarii Juliani.